Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.
Wien, 1793 Seite 299
Quelle:
Copyright:

Quod pro eis acturus erat, non obliuiſcerentur.	Quod — *et hujus caritatis* non obliviſc.	Quod pro eis acturus erat, non obliviſc.
Hoc eſt corpus meum, *id eſt in Sacramento.*	Idem.	Idem. ſed *Sixt. Senenſ.* in marg. Hoc eſt corpus meum, *hoc* eſt, *vere in Sacramento ſubſiſtens.*
Ad *confortandam* et recreandam noſtram *fragilitatem.* recte *in hec duo miniſterium* ſui ſacramenti confirmare placuit.	Recte hæc duo in myſterium	Ad *confirmandam* et recreandam noſtram *infirmitatem* recte *per* hæc duo miniſterium &c.
Transferens ſpiritaliter *corpus in panem*, uinum in ſanguinem	Idem.	Idem. ſed *Sixt. Sen.* in marg. *Panem in corpus* et &c.
Cum venirent *ebrii* ad communicandum.	Idem.	Cum venirent *Hebraei* &c.

Atque his Lectorum judicio expoſitis ad *Codicem* demum ipſum deſcribendum adgrediamur. Exorditur is ab Epiſtola nuncupatoria: *Uenerabilibus in Chriſto patribus. in coenobiis ſancti petri principis apoſtolorum cognominibus ſtabulaus et malmundario* (Molth. *Stabulenſis et Malmondarienſis* Bibl. PP. *Stabulariis* tantum) *deo militantibus et ad feliciora tendentibus ueſter fidelis famulus Chriſtianus indignus ſacerdos* &c. *Quia uerba ſonando tranſeunt. et tranſeundo deficiunt. neceſſe eſt alligari literis uerba* &c. Epiſtolam excipit *Index* hac rubrica: *Incipiunt Capitula de Euangelio ſecundum Matheum.* Sunt autem nobis LXXIV. *Molthero* tantum LXVII. Ad calcem rurſus minio: *Expliciunt Capitula. Incipit Euangelium ſecundum Matheum.* Atque hinc opus ſic progreditur: *Hunc titulum non fecit euangeliſta. ſed interpres qui ipſum interpretatus eſt* &c. finitque cum Bibl. PP. *ut absque macula et ruga occurrat in die iudicii, quod annuere dignetur, qui pro ea effudit ſanguinem ſuum dominus noſter ihesus chriſtus. qui uiuit in ſecula ſeculorum. Amen. Explicit Commentum Chriſtiani.* *Moltheri* editio, et melius quidem, ſex pene columnis noſtris brevior in haec verba definit: *alteram quam pollicebatur, id eſt, diuinitatis.* Vix enim perſuadear, adſutum poſt haec verba pannum *de diſputatione Epiſcoporum cum*

Eu-